



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

LXXXIII. Benedictvs II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

BENEDICTVS II.

A. DCLXXXIV.

BENEDICTVS, natione Romanus, ex patre Ioanne, sedit mens^{es} 10. dies 12. Hic suscepit præceptum Constantini Augusti datum clero & populo, & exercitui Romano, per quod concessum est, vt cum quis fuerit electus ad regendam Romanam sedem continuo absq; tarditate cōsecratur Pontifex. Obiit verò 8. Idus Maii.

LXXXIV.

IOANNES V.

A. DCLXXXV.

IOANNES, natione Syrus, ex provincia Antiochia, de patre Cyriaco, sedit annum 1. dies 9. Fuit autem vir valdè strenuus atq; scientia præditus, & omnino moderatus. Hic consecratus est à tribus Episcopis, Ostiense, Portuense & Veliternense, sicut & præcessor eius Leo fuerat. Defunctus est verò 4. non Augusti.

LXXXV.

CONON.

A. DCLXXXVI.

CONON, oriundus patre Traceseo, educatus apud Siciliam, sedit menses 11. In huius electione non minima est cōtentio habita, eo quod clerus Archidiaconum, exercitus autem Theodorum presbyterum nitebatur eligere. Sed hac contentione aliquādiu habita, tandem clerus & populus vnanimiter hunc denominantes elegerunt. Post aliquot verò dies exercitus videns cleri & populi concordiam, & ipse in prædicti electionis decreto subscripsit. Hic ordinauit Episcopos 16. Defunctus est autem 10. Kalendar. Octobris.

LXXXVI.

SERGIVS.

A. DCLXXXVII.

SERGIVS, natione Syrus, Antiochiæ regionis, ortus ex patre Tiberio, sedit annos 13. menses 7. dies 23. Ante huius electionem populus Romanus, vt fieri adsolet, diuisus est. nam pars vna Theodorum archipresbyterum, alia verò elegit Paschalem archidiaconum. Cum autem isti duo electi contenderent, nec alter eorum alteri cedere vellet, maxima pars cleri, nec non primates iudicium

M 4

& ex